Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



tua intende prospere procede et regna ℣ Propter veritatem
et mansuetudinem et iustitiam et deducet te mirabilia dextera tua Grad
Propter veritatem et mansuetudinem et iustitiam et deducet te mirabilia
dextera tua ℣ Audi filia et vide et inclina aurem
tuam quia concupiuit rex speciem tuam Gr Audi filia
et vide et inclina aurem tuam quia concupiuit rex speciem tuam ℣ Spe
tua et pulchritudine tua intende prospere procede et regna Seq Alla
Alla ℣ Audi filia et vide et inclina aurem tuam
quia concupiuit rex speciem tuam Alla ℣ Adducentur
regi virgines post eam proximae eius offerentur tibi in
letitia Alla ℣ Emulor enim vos dei emulatione desponsaui enim vos vni viro virginem castam exhibere christo Alla
℣ Omnis gloria eius filiae regis ab intus in fimbriis
aureis Alla ℣ Spe tua et pulchritudine tua intende prospere procede et regna Alla ℣ Diffusa est gratia in
labiis tuis propterea benedixit te deus in eternum Tr Audi
filia et vide et inclina aurem tuam quia concupiuit rex
speciem tuam ℣ Vultum tuum deprecabuntur omnis diuites
plebis filiae regum in honore tuo ℣ Adducentur regi
virgines post eam proximae eius offerentur tibi ℣ Ad
ducentur in letitia et exultatione adducentur in templum
regis Tr Qui seminat in lacrimis in gaudio me
tent ℣ Euntes ibant et flebant mittentes semina sua
℣ Venientes autem venient cum exultatione portantes
manipulos suos Seq Offerent Offerent regi virgines pro
ea proximae eius offerent tibi Off Offerentur regi virgines proximae eius offerentur tibi in letitia et exultatione
adducentur in templum regis diuo Off Filiae regum in honore tuo astitit regina a dextris tuis in vestitu deau-